massici montis uentũ est hostes sub oculis erãt falerni agri colonorumq; sinuessæ
tecta urentes:qui ergo a thelesia nunc etiam id retinente nomen & a nobis in sam
nio supra uulturnum dextro e semiensi amne descripta mouebat Hannibal ut
ad casinum iret per alifanum quidem primo:sed in dextrorsum ad uenafrum:ab
eoq; oppido casinum fuit ducendus:sed dux errore nominis auerso sicut proprie
Caiatia. dicit Liuius itinere sinistrorsum flexit in calatinũ cuius urbem nunc Caiaciã pro
calatia dicunt:& transmissis quod euitari nõ potuit angustiis cannaræ siluosariiq;
uiarũ q̃ ad caliculã nunc cauanellum ducunt peruenit ad calenum agrũ eius .sci
uitatis quæ pro cales sidicino dicta est calui.& per ipsum stellatẽ procedens cam/
pum nõ prius uiæ intellexit errorem:q̃ ad propinquũ casilini quod nunc castel/
lutiũ appellant uulturnũ perductus clausam montibus & fluminibus uulturno
ac saono regionem mœstus circũspexit castris. Itaq; ad castellutiũ uel ibi prope
positis facile fuit maherbali usq; ad aquas sinuessanas ubi scilicet saonus in sta/
gnum effusus ibi incipit in uulturnũ prædatũ ire. Vt uero ad prædictum uultur
num castra sunt posita exurebatur amœnissimus Italiæ ager is scilicet quí faler/
nus tũc appellatus pertinebat a carinula ad castellutium siue tunc casilinũ:quod
Liuius. Liuius agrum falernum a campano diuisisse asserit per iuga massici montis ea ui
delicet quæ a carinula ad maritimã oram protenduntur Fabio ducente. Vt uero
ad extrema ipsius massici montis peruenit Fabius hostes sub oculis erant:q; abip
so mõte massico uix quattuor milia passus castellutiũ & uulturni fluenta distãt.
Prius uero quam Hannibalis reditum in samnites describam:aliqua referre li/
bet ex quibus campus stellas qualis q̃tusq; fuerit patebit. Marcus Cicero legẽ dis/
suasurus agrariam qua rullus Cornelius decemuir & collegæ agrum campanum
stellatemq; campum & supradicta ad gaurum litimq; & filetaq; cum uia hercu/
lanea uendere intendebat sic habet: At enim ager campanus hac lege amittitur
orbis terræ pulcherrimus.& infra adiungit stellatem campum agro campano &
in eo duodena distribuit in singulos homines iugera quasi uero paulum nõ diffe
rat ager campanus a stellatis. Nam dixi antea lege permitti ut quæ uelint munici/
pia quas uelint ueteres colonias colonis suis occupent calenum municipiũ com/
plebunt:tranum opprimẽt & atellam. Ostendit uero prædictis in orationibus
Cicero non solum uiam herculaneam gaurũq; & sileta ad minturnas: sed cam
pum quoq; stellatem peculiares fuisse Populi Romani fundos ex quibus aleren/
Suetonius tur exercitus. Quod quidem Suetonius Tranquillus innuere uidetur quom di/
cit. C. Cæsarem in consulatu suo ad gratiam Romani populi comparandam di/
uisisse campum stellatem uiginti milibus ciuibus Romanis quibus tres siue plu/
res filii essent:ut autem ad Hannibalem redeamus: dicit Liuius Fabium tãdiu ex
traxisse reliquum æstatis ut Hannibal destitutus ab spe summa appetiti certami/
nis iam hibernis locum circunspectaret: quia ea regio præsentis erat copiæ non

perpetuæ

perpetuæ arbusta uineęq; & cõsita omnia magis amœnis q̃ necessariis fructibus. Itaq; quom sciret Hannibali per easdem angustias quibus intrauerat redeundũ esse gallicanum montẽ & casilinum occupat modicis præsidiis. & in fra inclusus deinde uiden Hannibal & casilinum obsessus cum capua & samniũ & tantum a tergo diuitũ sociorũ romanis cõmeatum subueheretur pœnus tunc intra fortu næ minas saxa ac linterni arenas stagna p horrida situ hibernaturus esset. Itaq; quom per casilinum euadere non posset: & iugũ caliculæ superandum esset ludi brium oculorum speciem terribilẽ ad frustrandum hostem cõmentus duo milia boum cornua fascibus sarmentorum igni accensorum in montẽ gallicanũ nunc cascanum turri sicut diximus francolisii imminentẽ a Fabio præocupatũ egit. & interea Romani qui ad transitum saltus insidendum locati erant ubi in summis montibus ac super se quosdam ignes cõspexerunt præsidio excessere. Interea toto agmine Hannibal trãsducto in agro alifano posuit castra. Fabius quoq; mouit castra: transgressusq; saltum super alifas loco alto cõsedit. Tum Hannibal simulans se per samniũ petere Romam usq; in pelignos peruenit: fuitque uia nũc etiam trita: & qua nuper Neapolim iuimus ipsi ab alifis traiecto amne uulturno sub formelo monasterii sancti Vincentii sicut in samnio ostendimus castello ad castrũ sarni siue ut dicunt sangri eo exinde superato qui adiacet colle profectus Hannibal amnem rasinum sinistrorsum relinquens ad furculas pelignorum nũc palenæ dictas peruenit: unde flexo itinere per frentanos ortonenses aprutinos retro apuliam repetit. Sed iam ad nostrũ ordinem redeamus uulturni amnis ostiũ dextrorsum urbs olim adiacebat ipsius nomine uulturnum appellata. Liuius uigesimosexto. Capua interim summa uia consulibus obsideri cœpta est: quæq; in eam rem opus erant comportabantur parabanturq;. Casilinum frumentum con uectum ad uulturni ostium ubi nunc urbs est castellum communitum ante Fabius maximus cõmunierat præsidium impositum ut mare proximum & flumen in potestate esset. Item Liuius libro trigesimosecundo. Ostendit coloniam romanam fuisse deductam uulturnum urbem ad ostia uulturni amnis sitam ubi nũc oppidum castellũ ad mare dictum uidemus: supraq; castellũ ad mare uulturno dextrorsum adiacet uiculus castellutium appellatus ubi casilinum fuisse non cõiecturis modo sed multis quoq; ducimur argumentis: primumq; nominis similitudo in cæterarum concursu tationum non parum ualet: sed & cætera habet castellutium quæ de casilino apud Liuium scripta uidemus propinquitatẽ castello quod Fabius ad uulturni ostium communierat ut in his duobus maritimis oppidis uix tertio inuicem distantibus miliario frumentum deponi potuerit sardiniæ auectum: quod postea Capuam importaretur. Castellutium quoq; diuidit supra descriptum faletnum agrum a campano & propinquum est sinuessano olim nũc montis draconis agro. Nec moueat quẽquã ruinarum ueteris ædificii paucitas: quæ nunc in castellutio apparet: casilinũ enim parua urbs nequaquam mœnium structurarũq; munimento sed prænestinorũ perusinorumq; qui forte præsidio inerant uirtute eam pertulit durissimam obsidionem. Si uero fuerint qui apud ui-

Formelũ.

Rasin° fl.

Castellutium.

eos superiore loco appositos uulturno cancellū & arnonum fuisse casilinū ideo opinentur ꝙ in prædictorum aliquo maiusculæ cernantur uetustates cōsiderare debebunt, Solam eorū a mari & a uulturno castello distantiā ne maritima appellari potuerint aduersari & præter id esse apud castellutium non apud cancellum aut arnonum eam amnis uulturni tortuositatem: quā Liuius apud casilinū fuisse dicit Arnonum etiam paululum a prisco mutatum est uetus Romanum nomē quo & non casilino Liuius si uoluisset uti potuisset. Nam petrus noster candidus in parallellatum Plutarchi translatione uitam Fabii maximi & gesta Hannibalis ad casilinum describens sic habet, In ultimas campaniæ oras casilinum usq; delatus est quā uulturnus fluuius quem natoronū Romani appellant defluit. Ea regio montibus undiq; obsessa uersus mare duntaxat importuosum ac fluminis ostia aperitur. Cætera de casilini obsidione notiora sunt ꝙ ut ea hic poni oportere iudicemus. Sed id unum in casilini præconium libet dicere casilini obsidione factum esse ut salua fuerit ab Hannibale res romana: quando quidē eius loci obsidionis causa Hannibalis animi ex recenti uictoria cannensi ardentes refrixerunt. & inclusus Capuæ exercitus ille ferocissimus campanis delitiis eneruatus est: ne etiam arnonū post amissam casilini nominis uetusti gloriā qua a nonnullis ornari consueuit suo etiam careat præconio rem nouā ipsius uici occasione dicemus

Falconis. Aucupiū.

falconis auis aereæ & rapacissimæ aucupiū: quo inclytus Rex Alphonsus arago apud arnonū plurimo utitur: ante ducentos annos omnino incognitū fuisse. Nā & si Seruius grāmaticus Capuā dicit ab augurio falconis eo nomine appellatam ꝙ etrusci eius urbis cōditores capim in augurantes uiderint quo nomine falconem appellabant: tamen quis fuerit hominibus dictæ auis usus nō scribit pariter

Capis Plinius.

Plinius quom multa ponat rapacium auium nomina accipitres scilicet maiores & minores achiluones quos aliqui falcones fuisse uolūt: tamē nullā aucupii usus earūdē auiū facit mentionem: ut etiā non sit dubitandū quin si temporibus Vergilii eius aucupii usus fuisset Aeneā factutus fuerit: & didonē eas quoq; aues in uenationē tulisse ubi dixit Massiliq; ruūt equites & odora canū uis. Audemusq; confidenti assertione dicere ante ducentissimū ut diximus annū nullam gētē aut nationem consueuisse rapaci aliqua aue mansueta alias aues terrestres aut aquatiles aut aerias capere. Supra castellutium siue casilinū & duodecimo a mari miliario amni uulturno adiacet urbs Capua nouo quidē loco: qui duo milia passus a

Capua.

priori Capua est remotus. Nec id multis differi oportet: quādo uetustæ urbis fundamenta pottæ theatra tēpla & cætera ædificia moles magnæ apud sanctæ Mariæ basilicā cui de gratia est cognomen internoscuntur. De capuæ autē origine & nomine sic habet Liuius in quarto peregrina res, sed memoria digna traditur eo anno facta, Vulturnū etruscorū urbē quæ nunc Capua est ab samnitibus captā, Capuamq; ab duce eorū Capuo uel quod propius est uero a campestri agro appellatā cœpere autē prius bello fatigatis etruscis in societatē urbis acceptis deinde festo die graui somno epulisque incolas ueteres noui coloni nocturna cæde adorti. Notissima uero sunt & relatu longiuscula quæ Liuius de Capua tradit: sed digniora

gniora summatim accipiemus libro.xxiii.dicit Hannibalem quom descendisset ad mare inferū oppugnaturus Neapoli flexisse iter in capuā luxuriantem longa fœlicitate ac indulgentia fortunæ:eamq; recepisse.& infra eundem Hannibalem castris apud casilinum communitis præsidioq; modico imposito in hibema Capuā concessisse ubi exercitus ille campanis emarcuit deliciis:quē uero finē habuerit Capuanorū cū Hannibale amicitia & si uulgo notissimū est paucis dicemus Capua a romanis capta, dicit Liuius quosdā ex Romanis censuisse delendā esse urbem præualidam propinquā inimicā:cæterū præsens uicit utilitas:nam ꝑpter agrū quem omnium fertilitate terræ satis constabat in Italia primū esse urbs seruata est:ut esset aliqua aratorū sedes urbis frequentandæ multitudo incolarū libertinorūq; & institorū opificūq; retenta:ager omnis & tecta publica Populi romani facta:cæterum habitari tantū urbem Capuā frequentariq; placuit corpus nullum ciuitatis nec plæbis consiliū nec senatus esse sine consilio publico siue imperio nec sæuitium incendiis ruinisq; in tecta innoxia murosq;. Marcus aūt Cicero quom legem agrariam supradictam dissuaderet qua Capuā deduci coloniā uolebant oratione prima habet aliqua:quæ non dubitamus Titū liuium quando supradicta scribebat perlegisse, Capuam deduci coloniam uolunt illā urbem huic urbi rursus opponere. Qui locus propter ubertatem agrorum abundantiamq; rerum omnium superbiā & crudelitatē genuisse uidetur:maiores nostri Capua magistratus senatū consiliū cōmune omnia deniq; insignia reipu.sustulerunt. Neq; aliud quicq̄ nisi inane nomen capuæ reliquerūt: q̄ uidebant si quod reipub.uestigiū illis mœnibus contineretur urbem ipsam imperio domicilium præbere posse, & in oratione item in rullū secunda. At enim ager campanus diuiditur orbis terræ pulcherrimus:& Capua colonia deducitur urbem amplissimam atq; ornatissimam:& īfra unū ne fundū pulcherrimū Populi Romani caput uestræ pecuniæ pacis ornamentū subsidiū belli fundamētū uectigaliū horreū legionū solatium annonæ disperire patiemini:· At uero hoc agri campani uectigal quom eiusmodi sit ut domi sit & omnibus præsidiis oppidorū tegatur neq; bellis sit infestum:nec fructibus uarius nec cœlo & loco calamitosum. Et infra campani semꝑ supbi bonitate agrorū & fructuū magnitudine urbis salubritate ac pulchritudine ex hac copia & omniū rerū affluentia primū illa nata est arrogātia quæ a maioribus nostris alterū consulem postulauit:deinde ea luxuries quæ ipsum Hannibalē armis etiam tunc inuictū uoluptate uicit:hanc ipsam urbem contra ac Cicero suaserat Julius Cæsar coloniam deduci uoluit:de quo Suetonius quom in colonia capua deducti lege iulia coloni ad extruendas uillas uetustissima sepulchra disicerent: idq; eo studiosius facerent:quod aliquantū operis antiqui scrutantes reperiebant tabula ænea in monumento in quo dicebatur capis conditor capuæ sepultus in uenta est:eandem uero capuā urbē quam Romanus populus in tam iusto odio seruauit & quā Cicero tantis extulit laudibus rex Vandalorum gensericus ad annum sexcentesimū postq̄ Romanis fuerat subdita ferro igniq; destructā reliquit habitatoribus destitutā:& cum ostrogothis a Narsete omni potētatu deiectis eo

Luxuries Cāpanorū

dem loco eosdēq; inter parietes & muros capua rehabitata esset: ad annū inde cir
citer centesimū a longobardis sub triginta ducibus tunc a gentibus iterum destru
cta fuit. Quis autem & quo tempore postea eam ad hūc in quo nūc est duos mil-
le passus remotum transtulerit locum nec alicubi legimus: nec ab his qui inhabi-
tant ciuibus scire potuimus. Plinius in Italiæ descriptione quom ad capuā perue
Cāpus leborinus. nit campū illi a diacere dixit leborinum totius Italiæ amœnissimum: & libro septi
mo decimo de terrarū diuersitate tractans leborinū capuæ campū nobilē appel-
lat eiusq; solū dicit arduum opera & difficile cultu bonis q̄ uitiis uberios pascere
est uero hoc totū campestre solū quod a tiphatis monte urbi imminente ad Nea-
politanos puteolanosq; colles ptinens uulturno ab ipsa urbe capua ad eius: ostia
quibus se in mare exonerat est clausum: & periti regionis Capuā ciues affirmant
campos qui aduersam urbem nouā ad atellæ urbis uetustæ ruinas ædificatā cir-
cunstant in trecentorum annorū publicis priuatisq; monumētis dici leborios: eā
uero uim habuit leborinæ terræ appellatio ut campaniæ nomen in sutum mutari
optinuerit. Idq; nos meliuscule q̄ a prauis cronicarum scriptoribus est traditum
referre confidimus. Capua urbe uetusti in eam romanorū odii & binæ desolatio-
nis execrabili infamia laborante uicini urbium oppidanorumq; populi campa-
nos se appellari ignominiosum periculosumq; ducentes id declinarunt patriū
Terra leboris. nomen: & sese leborinos pro campanis dixere: effecitq; obstinata eorū perseueran-
tia: ut quicquid urbium & locorum in campania censeri solebat de terra lebons
diceretur. Sed corruptum nunc laboris uerbum in eam partem ab ignorantibus
accipitur: ut laboris terram cui labor utiliter impendatur dictā existiment: quāq̄
non desunt qui magis absurde dicant terram hanc a labore quem illi capiendæ
e dominio subigendæ impendi oporteat sic a maioribus appellatam. Atella uero
Atella. urbs cuius sæpe meminit Liuius: & quam Cicero supra de lege agraria cum teano
opprimi ægre ferendum ostendit fuisse ubi nunc est noua urbs aduersa præter
alias rationes hoc uno constat argumento q̄ sanctæ Mariæ ecclesia haud longe ab
aduersa cognomen in atella uetustum retinet. Libetque utriusque urbis & ueteris
& nouæ dignitates referre: primum atella haud quaquā minora in re parua quam
Capua in magnis præbuit campanæ luxuriæ documenta: si quidem pro super-
Lasciuia atellanarū. biæ & crudelitatis origine: quam Cicero tribuit Capuæ hæc atellanarum carmi-
num lasciuiam modulationemq;: quod nomē indicat. & Macrobius affirmat in-
uenit: quid uero hæ fuerint Atellanæ. M. Varro Aulus gelius Macrobiusq; & Iu-
uenalis satyricus sæpe indicant: earumq; attis cū non expediat nec sit huius tem-
poris & loci inquirere documentum satis suptaq; fuerit obscœnam notare lasci-
uiam pueri & puellæ luxuriemq; spumātes natu maiores compositum metro ac
musica modulatione lasciuis & omnia dictu factoq; pudenda exprimētibus uer
bis carmen motu quoq; corporis & gestu quaqua uersum etiam resupinato ita in
choreis: & ad impudicorum mensas pronuntiabant gesticulabanturq;: ut nihil
præter ipsum coeundi exquisitissimū deesset effectū meliora aut originis & disci-
plinæ rudimēta habuit urbs aduersa Robertus Guiscardus uir gloria & laude di-
gnissimus

guiſſim⁹ magnā & præſtantē eam Italiæ partem quæ regnū Siciliæ aut Neapoli-
tanū eſt appellata a ſarracenis græciſq; laceratā ad regni ipſius formā primus re-
degit: qui neapolim capuāq; una eadēq; pręmens obſidione caſtra apud atellā ha- Atellæ
buit cōmunita: in qbus quom aliquod pſeueraſſet annis ciuitatem cōdidit ab ip
ſoq; aduerſandi præclaris & potētibus urbib⁹ affectu aduerſæ illi nomen in rei Aduerſa. c
geſtæ memoriā dedit. Sed iam ad maris littus eſt redeundum. Poſt uulturnū ſe Clani⁹ flu.
quitur clani⁹ amnis apud ſueſſulā oppidū medio pene inter Capuā & Nollam
urbes tractu in montibus oriundus. eſtq; is fluuius de quo Vergilius, Clanius nō
æquus acerris: quia acerranū urbis agrum ſicut & capuanum olim atellanum nūc
aduerſanum multis inundat in locis: adeo ut longiuſculis pontibus eum capuā
inter & aduerſam urbem oporteat iungi: ad quos pontes molas eſſe multas ui- Pontes
demus. eidem clanio haud longe a mari infero turris appoſita eſt parum uetu- Molæ
ſta nunc patriæ appellata: & in ruinis Linterni Scipionis Aphricani uillæ ædi-
ficata. Nanq; ptolomæus Pomponiuſq; Mela plinius & Guido Rauennas, Igi-
nii imitator Linternum inter uultumum & cumas ponunt. Liuius autem uno Linternū
in loco cum ſupradictis ſentire in alio diſcrepare uidetur. Nam libro uigeſimo-
ſecundo quom difficultates afferret quibus Hannibal coactus uideretur ex fa-
lerno agro qua uenerat anguſta uia in ſamnium redditurus quod ſupra dixi-
mus ſic habet pœnus tunc intra fortunæ minas ac Linterni harenas perhorrida
ſitu hibernaturus eſſet. Quom ergo ad ſiniſtram uulturni tunc ageret Hanni-
bal nec ipſum amnem ibi præaltum uado neq; ponte ad caſilinum communito
ac præſidiis firmato tranſmiſſurus uideretur oportuit ad falerni agri partem eſſe
Linternum: ubi eum Liuius niſi anguſtias ſuperaſſet hyematurum fuiſſe dicit.
& libro uigeſimotertio idem Liuius cum fraudē ſcribit qua capuani cumas ſuis
partibus adūcere ſint conati ſic habet, Interim Titus ſempronius conſul ſinueſ-
ſæ quo ad conueniendū diem edixerat exercitu luſtrato tranſgreſſus uulturnum
flumen circa linternum poſuit caſtra. Ex quibus nulli dubium fuerit conſtare
Linternum fuiſſe ſicut dicti aſſerūt coſmographi ad eam uulturni partem quæ
ſpectat in cumas: neceſſariūq; erit & dicere & tenere Liuium qui loca perambu-
lauerit & Linterni ſicut infra oſtendimus Scipionis ſtatuā tempeſtate diſiectam
uiderit ſciuiſſe uillam quidem ultra uultumum, ſed eius agrum harenoſum ſta
gnoſumq; citra extitiſſe, Eſt uero Linternū locus in quo Cn. Scipio Aphricanus Linternū
uolūtariū egit exiliū: quē fama eſt morientem ſepulchro inſcribi iuſſiſſe, Ingrata Cn. Scipio
patria ne oſſa qdem mea habes. Quæ facta in monumento ingratitudinis patriæ nis ſepul.
inſcriptio effecit, ut locum nuper certius exploratiuſq; inuenerimus. Nāq; ad di
ctum amnem claniū paulo ſupra oſtiū quod habet in mare turris eſt riuus ædi-
ficiorū ueterū ſuperædificata: quā ut diximus turrim patriæ uocant ubi id mo-
numentū fuiſſe tenemus. Et præter id patriæ uocabulū præterq; ſupradicta pto
lomæi plinii Liuii & alioꝝ teſtimonia certitudinē quoq; attulit nobis euidētiorē
fons aquæ accidulæ: quē plinius Linterni fuiſſe dicit: cuius aqua uini modo fa-
ciat temulentos. Scatet enī nūc etiā inter pdictas ædificiorū ruinas aqua quā pa

ſtores

ſtores affirmant epotã omnes capitis langores curare. Nos eã accurate guſtata
ſaporem qdem ut cæterarũ quæ bibuntur bonũ eſſe cognouimus, ſed quãuis fu-
mos ab ea in nares ſicut a uino conſueuit non ingratos olfauerimus quos pota-
Seneca. tio habeat effectus forte ob hauſtus moderationem intelligere nequimus. Seneca
epiſtola. Li. Linterni honeſtius Scipio q̃ baiis exulabat. Sepulchri autem eiuſque
inſcriptionis & monumenti ac ſtatuæ ſi nullũ nũc extat certũ indiciũ minus mi-
Liuius. tot q̃ Liuius patauinus qui minus centũ annis ab illius ætate abfuit qd ipſe ui-
derit li. xxix. ſcribit. Scipionem alii Romæ alii Linterni mortuum & ſepultum fe-
runt. utrobiq̃ monumenta oſtenduntur & ſtatuæ. Nam & linterni monumẽtũ:
monumentoq̃ ſtatua ſuperimpoſita fuit: quã tẽpeſtate diſiectam nuper uidim⁹
ipſi & Romæ extra portam capenam in Scipionũ monumento tres ſtatuæ ſunt
duæ Publii & Lucii Scipionũ dicunt᷑ eſſe tertia poetæ. Q. Ennii: & Seneca epi-
ſtola. lxxvii. initio uidetur id ignoraſſe ſepulchrum. Nam dicit in ipſa ſcipionis
uilla iacens hæc tibi ſcribo adoratis manibus eius & ara quã ſepulchrum eſſe tan
Cumæ. ti uiri ſuſpicor Linterno Cumæ ad quintũ adiacẽt miliare interq̃ utrũq̃ locum
Vaciæ uil- qua in parte littus inter ſtagnum & mare incuruat᷑ uilla fuit Seruilii Vaciæ: quã
la. ſeneca epiſtola. lv. deſcribit. Dicitq̃ prætoriũ hominem illum diuitem nulla alia
re notũ fuiſſe q̃ eius uillæ otio in quo conſenuerit ut occupati aliquando clama-
uerint, O Vacia ſolus ſcis uiuere quom tamen ille iudicio ſenecæ ſciret latere non
uiuere, Vnde dicit de ſe ipſo ſeneca ſolitum quotiens illac tranſiret iocando dice
re non de uiuo ſed tanquã de mortuo hic ſitus eſt uacia. Cumanæ urbis originẽ
hanc tradit Liuius in. viii. Cumani a chalcyde euboica originem trahunt claſſe
qua aduecti domo fuerant multum in ora maris eius quod incolunt potuere pri
mo in inſulam enariam & pytacuſas egreſſi: deinde in continentẽ auſi ſedes tranſ
ferre Vergilius, Et tandem euboicis cumarum illabitur oris & hic ubi delatus cu
mæam acceſſeris urbem: ſuper quo ſeruius euboea inſula eſt: de cuius ciuitate
chalcyde profecti ſunt ad nouas ſedes quærendas & haud longe a baiis q locus
a Baio Vlyxis filio illic ſepulto nomen accepit. Inuenerunt uacuũ littus ubi uiſa
muliere grauida ciuitatem condiderunt. Liuius in ſecũdo, Accerſita deinde auxi
lia & a latinis populis & a cumis, Cumanæ cohortes arte aduerſus uim uſæ de-
clinauere paululũ: effuſæq̃ palantes hoſtes conuerſis ſignis a tergo adortæ ſunt.
& infra, Inſignis hic annus nuncio Tarquinii mortis: mortuus eſt Cumis quo ſe
poſt fractas opes latinorum ad Ariſtodemũ tyrannũ contulerat. & libro quarto
eodem anno a campanis cumæ quã græci tũc urbem tenebant capiuntur. & oc-
tauo Cumanos Sueſſulanoſq̃ eiuſdem iuris conditioniſq̃ cuius Capua eſſe pla
cuit. Eſt uero cælſus in urbe Cumana collis in cuius cacumine fuit templũ apol
Templum linis: de quo Vergilius, Arces quibus altus Apollo præminet. Et quidem nũc ea
Apollinis. in urbe quam uidimus omni deſtitutam habitatore præter rupes ſaxo ſtupendas
uiuo pinnæ cernuntur murorũ excelſæ. & ubi Apollinis arx fuit ſacellũ eſt chri-
ſtianũ & ipſum uetuſtate conſumptũ: nihilq̃ extat integrum niſi cauerna fronti-
Sibyllæ an ſpitio decorata manufacto: quã Sibyllæ antrum fuiſſe ſocius itineris noſtri pro-
trum.

ſper camuleius

ſper camulei⁹ uir doctus eam ingreſſus quibuſdam coniecturis affirmauit. Fuit
quoq; cumis propinqu⁹ ad tria milia paſſus Hamarũ locus ſacer: de quo Liuius Hamæ
uigeſimotertio Cãpani adorti ſunt rem cumanã ſuæ iuriſdictionis facere primo
ſollicitantes ut ab Romanis deficerent: ubi id parũ proceſſit dolũ ad capiẽdum
eos comparant. Sacrificiũ ad hamas nocturnũ erat: huius uero olim celebris lo-
ci mons arduus qui a balneis nũc tripergulanis uix mille quingentos abeſt paſſus
ruinis ad uerticem tegitᷣ conſpiciendis: & quibus nulla eſt propior tripergulis ho
minũ habitatio aut cultura, ad partẽ uero: qua cumæ ſpectant in auernum & ba
ias diſtat pariter ab utriſq; urbibus fornix lateritio opere ſublimibus colũnis ſu-
ſtentatus cuicũq; Romano operi cõparandus. Abeſt deinde qnto a cumis Miſe- Miſenus
nus mons Vergilii carmine celebratus, Et nũc Miſenus ab illo dicitur. Eidemq; mons.
qua ſpectat in cumas lacunæ adiacent nunc mare mortuũ appellatæ: circa quas
in continentis ſupercilio ruinæ & fundamenta cernuntur eximia. Fuit nãq; locus
in quo Suetoni⁹ tranqllus ſcribit Octauianũ Auguſtũ claſſem apud miſenũ in
ſtituiſſe ingentẽ: quæ uerſas in tyrrhenũ mare imperii Romani prouincias hinc
Galliam & utranq; Hiſpaniã inde Mauritaniã Aphricãq; & interiectas inſulas
tutaretᷣ. Eratq; eius claſſis præfectus Plini⁹ Veronenſis: quãdo apud ueſeuũ mõ-
tem incendio eſt abſumptus. Diſtãt a miſeni promõtorio hinc cumæ ſicut dixi-
mus qnto inde Lucrinus auernuſq; totidẽ mille paſſus: & cum a cumis uix quat
tuor milib⁹ & terreſtri uia abſit auernus illa quinũ undiq; milium maritima lon-
gitudo terram ambit omniũ olim Italiæ pulcherrimam in qua baiæ fuerunt ciui Baiæ.c.
tas opulenta. Idq; omne ſolũ & ſi quinis ut diximus productum eſt milibus lati-
tudine: tamẽ parũ uariata duo alicubi & minus alibi milia explet ut digiti unius
ſpeciẽ præ ſe ferat: quo in terraꝝ ut ita dixerim digito tã multa cernuntᷣ: partim
integra in ſubterraneis: partim ſuperius ſemiruta: partim in ruinas collapſa uete-
rum operum monumenta ut extra urbis Romæ mœnia nihil illi toto in orbe ter-
rarum ædificioꝝ magnitudine ac pulchritudine par credam: exiſtiméq; fuiſſe ut
non iniuria dicat Horatius nullus in orbe locus bais prælucet amœnis. Quomq;
miſenus e regione puteolos ſpectet, mare quo inuicẽ dirimuntᷣ ex Suetonii tran- Suetoni⁹.
qlli in uita Caii calligulæ ſententia uix tria milia paſſus & ſexcẽtos implet: unde Sinus ba-
ſinus utrobiq; dictus olim baianus a miſeno in intimũ auerni ſinũ qnis & totidẽ ianus.
ab auerno in puteolos milibus ẽ pduct⁹. Fuerit uero opoſum ſingula deſcribere q̃
aut digit⁹ ille terreſtris: aut ſinus baianus hẽt, ſed digniora q̃tũ fieri poterit breui-
ter attingem⁹. Primũ Miſenus ipſe mons qua in pmontoriũ coarctatᷣ. & ſi natu-
ra cauernoſus fuit: tñ tãtis excauatus eſt opeꝝ laborib⁹: tantis uel marmoreis uel
lateritio & lapide quadrato cõpactis in ſublime ductis ſuſtẽtatᷣ colũnis: ut ubiq;
penſilis uideatᷣ. erantq; ut apparet intus balnea: erãt natatoria: erant ad cœnas lu-
xumq; triclinia, ſuperius uero in continenti & qua uergit in prædictum miſena-
tium claſſis locũ fundamenta uiſuntur his qui non uiderint incredibilia: ubi pi- Piſcina mi
ſcinam uulgo mirabilem dicũt, nam cũ ea pulchritudine ut cõſtat ædis deſuper ra.
deſtructæ fundamenta fuerint pars hæc extans ſubterranea ſublimibus ſuſtẽtata
lateritiis

PP

lateritiis columnis ducentos quinquaginta longitudine centũq; & sexaginta latitudine passus patet, & ita est integra ut noua uideatur: quã Luciiluculli domũ quæ illi erat in baiano fuisse tenemus, & qa in loco omnium Italiæ callido est sita uidetᵉ esse illa de qua Plutarchus scribit Lucullũ perbellem cum Cn. Pompeio ac Marco Cicerone & plærisq; illius sæculi principibus uiris iocatum fuisse cũ ipsis omnibus Romanis in Lucullano nũc frascato apud Lucullũ æstate cœnantibᵘ Pompeio impetitũ ædificandi in Lucullo damnãti q; domũ pulcherrimã sumptuosissimãq; nimis multis porticibus fenestrisq; apertã æstati quidem idoneã sed hyemi omnino inhabilem fecisset. illi respondit uirtuti suæ pompeium detrahere qui grues se prudentiores existimet æstiua loca hyemaliaq; alternis inhabitantes. Sese enim dicit qui hãc in Lucullano æstati idoneã fabrefecerit: alterã in semper uernãti baiano hyemalem pulcherrimãq; exædificasse. sepulchra uero & uillarũ aliorũq; monumentorũ uestigia partim omnino prostrata: partim semiintegra tam multa eo in quinũ miliũ peninsulæ & digiti territorio cernuntur: ut continuatã ibi urbem potiusquã dispersas per agrum uillas fuisse appareat. Sed iam sinũ describamus Baianũ: de quo nihil est quod admirabilius dicere possimus q̃ q̃ omnia eius littora decem milia passus a miseno ad puteolos in circuitu protensa ædificiis & qdem omniũ quæ raro alibi uidenimus maximis contecta ac continuata fuerũt: quorum eorũ pars collibᵘ imposita cælsissimis & in apertum prominentibᵘ pelagũ brachiis sustentata fuerit insanaq; moliũ opere in profundissimũ mare iactis. Extant tamen aliqua pene integra thermæ scilicet ad ipsum baianum sinum intimũ: qui unicus nũc locus priscã baiani appellationẽ memoriãq; conseruat. Sũt & aliæ pene similes thermæ illis propinquæ: quarum cõditoris & nominis notitiã habere nequimus. Sed balneũ longe infra auernum petentibus & Lucrinũ est obuiũ nedum ædificii structurã sed & picturã quoq; aliqua ex parte integram conseruans: in quo uersuum pars pictorum extat: ex quoq; uerbis carptim lectis conücere licet id fuisse Ciceronis balneum: cui id carmen libertum eius ascripsisse Plinius asserit. Supraq; illud idem Ciceronianũ aliud est balneum in lõgam tortuosamq; fossam saxo excauatum: quod sine aliquo aquæ calentis usu solo uapore sudores prouocat copiosissimos: & sicut ferunt medici salubertimos. Fuit uero maioribus thermatum huiusmodi usus quas ab actu fricandi tergendiq; necessario frictolas appellarunt: easq; æque ac balneas uiduis & uirginibᵘ christianis euitãdas esse gloriosus ecclesiæ doctor Hieronymus admonuit. Tritolam nunc corrupte appellant. Incipitq; ad eam sinus baiani partem Lucrinus esse. De quo in Vergiliani uersus expositioe: An memorem portus lucrinoq; addita claustra. Seruius sic habet in baiano sinu campaniæ contra puteolam ciuitatem lacus sunt duo Auernus & Lucrinus: qui olim propter copiã piscium uectigalis magna præstabant. Sed quom maris impetus plærunq; perrumpens exinde pisces excluderet & redemptores grauia damna paterentur: supplicauerunt senatui & profectus Cæsar ductis brachiis exclusit partem maris: quæ ante infesta esse consueuerat reliquitq; breue spatium per auer-

num quo

L. luculi domus.

Grues.

Baianᵘ si.

Thermæ baiãi sinᵘ.

Frictolæ.

Lucrinus. Auernus.

Cæsar.

num quo & copia piſcium poſſet intrare & fluctus nõ eſſent moleſti: quod opus
Iulium dictum eſt. de eodem Suetonius portum Iulium apud baias immiſſo in
lucrinum & auernum mari lacum effecit. Et Seruius in uergiliani uerſus expoſi-
tione diuinoſq; lacus ſic dicit Auernus & Lucrinus lacus antea ſiluarũ denſitate
ſic ambiebantur ut exhalans inde per anguſtias atquæ ſulphuteæ odor ſuauiſſi
mus ſuperuolantes aues necaret: unde & Auernus dictus. Quam rem Cæſar au
diens deiectis ſiluis amœna reddidit loca. & infra in Vergilianum uerſum Ache
ronte refuſo. Acheron fluuius dicitur infernoꝝ. Sed conſtat locũ eſſe haud pro- Acheron
cul a bais undiq; montibus ſeptum: adeo ut nec orientem ſolem poſſit aſpicere flu.
nec occidentem ſed tantũ meridionalem Baiani ſinus latitudinem de qua dixi-
mus. Suetonius in Calligulæ uita ſic oſtendit, Baianum medium interuallum &
puteolanas moles trium miliũ & ſexcentorũ fere paſſuum ponte iunxit contra- Pons triũ
ctis undiq; onerariis nauibus & ordine duplici ad ancoras collatis ſuperiecto ag- miliũ.
gere terreno ac directo in appiæ uiæ formã. per hunc pontem ultro citroq; com-
meauit biduo continenti primo die faleтato equo inſignis quoq; ciuica corona
& ſcutum tenens & gladio aureoq; clamyde poſtridie quadrigario habitu curri-
culoq; biiugi famoſorum equoꝝ, ſed & Nero illius ſucceſſor maiores circa ba-
ianum excogitauit inſanias: de quo Suetonius inchoabat piſcinam a miſeno ad-
auernum lacũ contectam porticibus quaſi concluſam: quo quicquid totis baias
calidaꝝ aquaꝝ eſſet conuerteret. foſſam ab auerno oſtiam qua nauibus necnon
uia iretur longitudine centũ ſexaginta milium latitudine qua contiguæ quinque
remes cõmearent. De eodẽq; ſceleſtiſſimo imperatore Suetonius agrippinã ma-
trem litteris baias euocauit ad ſolẽnia quinquatrũ ſimul celebrãda: datoq; nego
cio tetrarchis q liburnicã qua aduecta erat uelut fortuito concurſu confringeret
protraxit conuiuium, ſed quom nando euaſiſſet iugulari fecit. Seruius Vergilia-
num exponens uerſum, Inferniq; lacus dicit Lucrinũ & Auernũ ſignificari: iter-
quos eſt ſpelunca per quam ad inferos deſcendebatur. Sed iam ſatis de uetuſtio
ribus ad recentiora ueniamus, Helius ſpartianus de Alexandro imperatore op-
timo Mammeæ chriſtianæ filio ſic habet, In baiano palatiũ fecit cũ ſtagno Mã-
meæ matri: quæ mãmea tũc dictũ hodieq; uocatur. fecit & alia opera in baiano
magnifica in honorem affiniũ ſuoꝝ & ſtagna ſtupenda admiſſo mari. fuit baia-
no ſinui propinquus bauli locus Herculis. quẽ Seruius dictũ putat quaſi bouali Bauli.
ꝙ illic habuerit animalia. hæc ſunt quæ de baiano ſinu ſiue uetuſta ſiue recẽtiora
duximus dicenda: teſtat ut ea præſentibus applicemus ad frictolas nunc tritol- Tritolla
lam Lucrinus incipiebat, cernunt enim regione illius in littore brachia murorum
quæ Cæſar ut uiolentũ excluderet mare iecit. Auernus uero a Lucrino nunc ſe-
paratus eſt ꝙ breue ſpatiũ a Cæſare relictũ quo piſciũ copia poſſet intrare ma-
re ſuperinducta harena concluſit: quæ quidem clauſura diligentiſſime de indu-
ſtria conſeruatur ne creſcentes cedenti mari aquæ balneis afficiant: quæ uicus
nunc tripergula appellatus plurima & ut medici perhibent omnium Italiæ
ſaluberrima habet. Adiacent uero ea omnia auerno lacui ſalſum in aquis re-
tinenti

tinenti saporem: quas quidẽ aquas ita habet altas ut nullis etiam longissimis fu-
nibus saxo aut olumbo magni ponderis ad perpendiculũ colligato eius profun-
ditas tangi possit: mirũq; est cernere stupendi & insani operis ædificia quæ aut in
circuitu auerni aut in eius aquis ripæ proximioribus fuerunt iacta: quom tamen
uiæ silicibus in circuitum stratæ & aquarum formæ dulcium superioribus in col
libus pœne sint integræ. Egressi depressa hæc Lucrini & auerni loca & puteolos
petituri. Via incedunt sillicata ad quã undiq; maiorꝝ supradictis ædificiorum in
Baianũ superne despectantiũ ruinæ cernuntur quousq; ad uiam est uentum atel
lanam: quæ ab urbe Roma atellas per appiam & post ab atellis ducebat ad baias:
qua quidẽ in uia haud longe a puteolis & baiano medioq; ad nũc aduersam spa-
cio tam integra adhuc sunt ueterũ operũ monumenta ut si ostia addantur & fe-
nestræ uideantur habitationẽ non incõmodã præstatura: eademq; uia ad baiani
superciliũ ubi sanctæ Mariæ sacellum est post tergum relicta maiorꝝ etiam om-
nium quæ hactenus circa baianũ descripsimus ædificiorꝝ ruinæ in sublimi ere-
ctæ cernuntur: quas incolæ belgermanũ appellant. fueruntq; opera sicut litteræ
pila incisæ marmorea ostendunt: quæ Tiberius Cæsar bello germanico fœliciter
perfecto. unde germanicus est appellatus ad facti eius famam memoriãq; extru-
xit. Eiq; pulcherrimo etiã nunc operi proximum est pœne integrũ extãs theatrum
cuius occasione factũ esse dicit Suetonius ut cũ celeberrimis ludis quibus Cæsar
interesset Augustus senatoriũ uirũ frequenti consessu nemo recepisset: idem prin
ceps spectandi modũ correxerit. Dehinc sunt puteoli de qua ciuitate uetusta sic
Puteoli. habet Liuius in quarto exitu eius anni. Q. Fabius ex auctoritate senatus puteo
los per bellum captũ frequentari fecit: emporiũq; cõmuniuit: atq; præsidium im
posuit. & infra de hãnibale ad lacũ auerni per speciem sacrificandi re ipsa ut ten-
taret puteolos descendit. sacro deinde ꝑpetrato ad quod uenerat & dum ibi mo-
ratur peruastato agro cumano usq; ad misenũ promontorium puteolos repente
agmen conuertit ad opprimendũ præsidiũ Romanũ. & infra. P. Cornelius Sci-
pio Aphricanus & C. Lælius petus magna inter se cõcordia senatum sine ullius
nota regebant & portoria naualiũ capuæ puteolisq; instituerunt. & infra consul
atinius tulit ut quĩq; coloniæ in horam maritimã deducerentur: quarũ una fuit
Helius deducta puteolos. Helius spartianus dicit Adrianũ imperatorẽ quom mortuus
sptianus. esset apud baias sepultũ fuisse puteolis in uilla Ciceroniana: ubi Antonius suc-
cessor templũ pro sepulchro ibi cõsecrauit. Puteolis nostro ordine transmissis lo
cus occurrit medio inter ipsam & urbẽ Neapolitanã spacio fama apud ueteres
Villa Lu- celebratus. nãq; uilla quã Plutarchus tradit Luciũ Lucullũ habuisse prope Nea-
culli. polim & apud eam montẽ excidisse: atq; ita excauasse ut mare introduceret: un-
Mons exca de. Cn. Pompeius & M. Cicero illũ appellare soliti fuerũt Xerxem togatum: ea est
uatus. cuius ruinæ ingentes balneo supereminẽt agnani dicto quãq̃ nõ balnea loco sed
Xerxes to- alteræ sunt frictolæ supioribus meliores: & qui rerꝝ huiusmodi magnarꝝ ingenio
gatus. uiribusq; factarꝝ peritiã habent facillime scissurã præuiderit. intelliguntq; manu
factam unde defossus reiectusq; mons uiã præbuit. nunc etiã leui opera repara-
bilem

bilē quā mare nunc agnani lacū ita impleret: ut ad uillæ muros porticusq; nauigari posset: pcedentesq; eo itinere ad cauernā perueniunt griptā nunc appellatā: ubi pausilippus mons pulcherrimus olim sicut Plinius tradit uillis habitatus ad sexcentos passus excauatus planū uia puteolana curribus iter præbet. quis autē ad memorabile opus fecit ignotū est nobis qui tamen legimus factam apud Senecam cordubensem ipsius loci mentionem epistola quinquagesimaseptima ubi dicit excepit me cripta neapolitana nihil illo carcere longius: nihil illius faucib' obscurius: quæ nobis præstant non ut per tenebras uideamus: sed ut ipsas cernamus sic loc' haberet lucem puluis auferret. in aperto quoq; res grauis & molesta: quid illic ubi in se uolutatur & quom sine ullo inspiramento sit inclusos in ipsos a quib' excitatus est recidit. & Donatus in Virgilii expositione tradit ipsum poetam sepultum fuisse Neapoli uia puteolana ad secundum lapidem: quod sepulchrum circa prædictam cripram sæpe quæsitum nequiuimus inuenire. Sequitur Neapolis urbs uetusta atq; præclara: cuius originē Liuius in octauo refert in cu manos his uerbis palepolis fuit haud procul ubi nunc Neapolis est duabus urbibus idem populus habitabat: cumis erant oriundi: palepolimq; quā teneret græci dicit infra Liuius a Publio Plantio consule captā fuisse. & infra iam publius inter palepolim neapolimq; loco opportune capto diremerat hostibus societatē auxilii mutui. & infra idem dicit Neapolim auxilio nolanorū romanis deditā fuisse. usi uero sunt semper postea Neapolitani erga romanos & alios dominos constantissima fide: primum romana republica cannensi clade consternata cū adiectionem iam hyeme impendente cōsisteret bellum neapolitani legati romā uenerunt ab his quadraginta pátheræ aureæ magni pondens in curiam delatæ: quas quidem senatus contra morē suum accepit: & neapolitanis gratias egit. Quomq; Hanibal Neapoli summopere potiri quæsiuerit: neapolitani in romano rū partibus præstitetunt. Liuius in .xxiii. de Hannibale ipse per agtum campanū mare inferum petit oppugnaturus neapolim. ut urbem maritimam haberet. & infra. Hannibal capua recepta cum iterum neapolitanorū animos partim spe partim metu nequicquam tentasset in agrum nolanum exercitum duxit. & infra quarto Inde ad populandum agrum neapolitanum magis ita q̄ spe potiundæ urbis duxit. Floruit autem semper postmodum Neapolitana urbs Romana re sub cōsulibus & pariter sub principibus integra: adeo ut apud eā graues uiri animorum a curis laxamentum quærerent: & discoli lasciuiæ diuersoriū. Suetonius de Nerone, Reuersus e Græcia Neapolim q̄ in ea primū artem musicam protulerat albis equis introiit disiecta parte muri. & infra, Nero de motu galliarū neapoli cognouit die ipso quo matrem occiderat. Sed & uiros uidemus litteris celebratos, Virgilium diu Titum Liuium aliquando. & Horatium Neapoli moratos fuisse. & Seruius asserit Virgilium scripsisse georgica Neapoli: quā Parthenopem appellauit: ac otii ignobilis nonauit. Franciscus quoq; petrarcha præstanti uir ingenio a Roberto rege neapolitano gallicana oriundo progenie rogatus Neapolim bis se contulit nulla qdē maioris lucri spe suasus: q̄ ut optimo atq; humanissimo regi do-

Cripta neapo.

Neapolis.

Virgilius.

F. Petrarcha.

Q

ctos & uirtuosos uiros unice amanti gratificaretur:eamq; uim habuit inita inter diuitem regé & doctum integrũq;:sed terũ inopem uirum:& tamé animo & uirtute diuitem poetã:ut per unicã eiusmodi amicitiã conseruatus nunc uiuat rex

Robertus rex.

Robertus. Nam quod omnibus in quoq; manus hæc uenient faciliter ostendere: ac quoad uixerimus probare poterimus extra urbem Neapolitanã paucissimi ac pene nulli sunt uiri quantũuis docti: qui Robertus rex quis & unde aut quo tépore fuerit alia nouerint ratione uel causa:q̃ q̃ eum in amicissimi Francisci petrarchæ operibus siue latinis siue uulgaribus legendo recognouerũt. Seruius in Virgiliani uersus expositione, Nec tu carminibus nostris indictus abibis Oebale: dicit Oebalus filius est Thelonis & nymphæ Sebetidis, Hic autem est iuxta Neapolim: sed thelo regnauit capreis: filiusq; eius trãsiit ad campaniã & multis subiugatis populis suũ dilatauit imperium, At postq̃ Romani impetũ inclinatio cœpit crebrescentibꝰ barbarorũ insultibꝰ Neapolitani ptes Romanoꝝ pro posse suptaq; secuti sunt.& quod in historiis copiose ostédimus ut rex Vãdaloꝝ Gensericus classe ingenti ab Aphrica ducta Romanã urbé captã spoliatãq;:& omni humano habitatore destitutã reliquit:q & Capuã quoq; euertit. Ad Neapolim uero quom uenisset: eã diu obsidione pressam capere nequiuit. Paucis ab inde annis Belisario Iustiniani impatoris duci adeo constanti animo restiterũt Neapolitani: ut quom postea per lapideũ aquæductus fotamen scalpris dilatatũ urbs in eius potestaté facta esset, Neapolitani sola principis humanitate ab excidio sint seruati. Multis postea interiectis annis quom sarraceni oém oram maritimã quæ a Gaieta regiũ usq; protendit per bellũ optinuissent, Neapoli quoq; sunt potiti: quã ad annos triginta possederũt: quousq; Ioãnes decimus põtifex romanus uir excellentissimus pellendis Italia sarracenis animũ adiecit: quo hortãte & auxilia sumministrãte neapolitani omniũ primi id diu inuisum abiecerũt iugũ: secutiq; eius urbis exemplũ cæteri campaniæ lucaniæ & brutioꝝ populi eam scilicet incolentes oram quæ a Neapoli continet freto siculo dñio sarracenoꝝ abiecto: sese in christianã uindicarũt libertatem. Qui afflicti clade sarraceni auxiliaribus copiis ex Aphrica Mauritaniaq; accersitis oppida & urbes quæ sibi erant in Italia reliquæ præsidiis confirmatas maioribus retinere conati sunt phormias minturnas sinuessam uultumũ linternũ cumas atq; baianũ naui puteolani neapolitanis ab initio in rebellione consenserãt. Præstitit uero pseuerauitq; sanctissimus pontifex in sua expellendæ barbariei æternis digna laudibus uolũtate:& Italos omnes quã tumuis inter se aliis rationibus laceros atq; discordes in fidæi christianæ tutelam orando suadendoq; magis quã q̃ nequisset iubendo armari optinuit. Quibus in magnũ coactis exercitũ pontifice Ioanne duce uentum est ad mintumas. & quod in eius urbis descriptione diximus prœlium apud eam gestũ est: in quo sarraceni maxima clade superati sunt. unde factũ est ut ea gens impia & non magis christiano q̃ Italico nomini inimica regioné prædictã a phormiis ad baianũ: & qcqd urbium oppidorũ munitorũ locorum in ea præsidiis optinebant incendiis & toto conatu reliquerint dirutũ adeo ut ea quã hucusq; uix conãdo potuimus singu-

lis in locis

lis in locis ad nominis antiqui notitiam perducere mansere solitudo. Aucta uero est semper postea opibus urbs Neapolitana: & fœliciter sub Ioanne decimo inchoatas in barbaros inimicitias fœlicissime retinuit. Nanq; quom Leonis quarti papæ temporibus sarraceni sanctorum Petri & Pauli apostolorum utrasq; urbis Romæ basilicas ui captas incendio absumpsissent: urbemq; Romam diu obsessam caoturi uiderentur nullis maioribus ex omni Italia quã Neapolitanorum uiribus & seruata est Roma: & barbari sunt expulsi. Nimis multa huic operi & loco essent illa quæ de Neapolitanorum uariis casibus scribi possent dum Guiscardis Germanisq; & Gallicis regibus qui Neapolim a trecentis annis regia ornarunt dignitate obedientissime parentis: sed omnes eorum laudes accumulat gloriosa calamitas in magnam conuersa fœlicitatem dum pro seruata gallico Andegauensi principi Renato fide durissimã ab Alphõso aragonum rege obsidionem pertulerunt: quousq; pari cum Belisarii temporũ euentu per aquæductus cuniculum ab ipso rege captiatq; ad hanc in qua nunc beati florent fœlicitate eiusdem regis præsentia clementiaq; seruati sunt: ut non immerito is rex triumphi consuetudinem diutissime intermissam longo tandem postliminio in Italiam reuocauerit. Habet urbs neapolitana basilicas mœnia & arces & publicas priuatasq; ædes superbas & cæteris Italiæ maioribus comparandas: in quis præclarum est uirginis Claræ monasteriũ: quod a sancta Aragone regina Roberti regis inclyti uxore ædificatum facile omnia Italiæ monasteria antecellit: eique proximum esse uidetur sancti Martini extra urbis mœnia cartusiense cœnobium ædificii magnificentia pulcherrimum. Constat tamen arcem unã castellum nouum appellatum mari imminentem Alphonsi regis laude: & memoria dignum opus cæteris quæ in Italia nunc extent ueteribus siue nouis operibus monumentis & structuris præferendum esse: si turrium eius murorumque altitudinem & crassitudinem & pulchritudinem siue aularum cubiliumq; & singularum eius partium amplitudinem & ornamenta peritus eiusmodi rerũ existimet. Ornata fuit Neapolis patrum nostrorum ætate Bonifacio nono pontifice Romano ex Tomacella gente oriundo: qui primus non modo urbem Romã: sed & ipsum quoq; pontificatũ in dominii potestate continuit. Pauloq; post alterum Neapolis pontificem Romanum habuit Ioannem.xxiii.ex gente Cossea: quẽ alioquin prudentẽ Sigismundus imperator in Germaniã seductũ a concilio Constantiensi pro ecclesiæ facienda unione priuari curauit: magno item per id tpis ornamento Neapolitanæ urbi fuit Ladislaus rex Galliæ regum prosapia Neapoli genitus & nutritus: qui militiæ omnino deditus præter id Neapolitanũ omne regnum armis quæsitum: urbem quoque Romã Perusiãq; & Assisiã de iuribus ecclesiæ & Cortonã de Etruria cœpit: quã uendidit florentinis: constansq; fuit omniũ eius ætatis prudẽtiũ opinio ipsum Italico regno: & quod postea facillimũ erat impio Romano nisi florentẽ eum mors inter cepisset breui potiturũ fuisse. Neapolitanæ urbi secũdũ litus põpeia uetustis scriptoribus pximi describunt: qui uicus olim fuit amœnissimus Romanisq; gratissimus: adeo ut. M. Cicero legem de qua sæpe diximus dissuadens tulli agrariam Ladislaus rex.

ægre ferendũ ostendat Pompeios a decẽuiris uenundari: & quia doctos qui hoc
tẽpore Neapoli apud regẽ in prætio habentur errare uidemus Pompeios & hercu
laneũ ubi nunc turris est octaui fuisse affirmantes uetus testimoniũ ostendendo
certius pompeiorũ loco afferemus: primũq; dicimus ubi nũc annunciata & castel
lum est ad mare Pompeio uicũ oblongũ uillisq; speciosissimis frequentissimum
fuisse. Liuius ĩ nono, Per idẽ tps classis Romana a P. Cornelio quẽ senatus mari
timæ oræ præfecerat in campaniã acta: quom appulsa Pompeios esset socii naua
les ad populandum nucerinum agrum profecti facta præda exuti sunt: qui ergo
nucerinum prædaturi fuerũt agrũ nauales milites. Sarni ostia potius ingredi opor
tuit q̃ ad distantem sexto miliario turrim octaui facere extensionẽ. Herculaneũ ue
ro ulterius & multis distans milibus fuisse infra ostendemus: & quidẽ turris octa
ui nominis noui uicus: cui distantia ab urbe Neapolitana dederit appellationem
nullas habet uetustatis reliquias præter supioris Plinii mortis locũ: quẽ ibi fuisse
necessariũ tenemus. Nulla.n. in parte alia uesevi montis incendia quibus impru
denter inspiciendis Plinius est necatus naui potuerunt aditi: & quidem ea omnis
ora ubicũq; saxa etiã in littoris supcilio terræ supeminẽt incendii uestigia ostendit
adeo certa: ut nihil præter flammã fumũq; desit: quo illa passim nunc etiã ardere
aduena suspicetur. fuitq; id incendiũ de quo Suetõius Tranqllus in Titi Vespa
siani uita sic dicit, Quædam sub tẽpore tristia acciderũt ut conflagratio uesevi
in cãpania curatores restituendæ cãpaniæ consularium numero sorte duxit bona
oppressorũ in uesevo: quorũ hæredes nõ exstabant restitutioni afflictarũ ciuitatũ
Veseuus mons. attribuit. Veseuũ uero montẽ uitium agrorũq; cultura ditissimum nunc appellãt
summũ q; in cõspectu Neapolitanæ urbi positus: & hinc campis inde mari ma
iore parte circũdatus uidet esse summus. In mediterraneis campestribus quæ ad
uersum urbem uesevũq; montẽ interiacet: duo extant loca ueterum memoria ce
marlianũ Acerræ. lebrata, Merel iniũ olim nunc Marlianũ oppidum & urbs acerræ: de aqua Liuius
.xxiii. Hannibal acerras cœpit uacuas & incendit. & libro .xxvii. acerranis permissũ
est ut ædificatent quæ incensa erant: ad quam historiam allusit Vergilius in ge
orgicis ubi terras laudans culturæ excellentioris dicit Talem diues erat capua &
uicina uesevo ora iugo: & uacuis clanius nõ æquus acerris. Quo in loco Vergilid
quod supradiximus de terra leboris innuit omnẽ eã regionem quæ undiq; clanio
amni adiacet leborinã olim appellatã feracissimi esse soli: sicut de ea Plinium scri
psisse ostendimus: qui tamẽ de terris tractãs ad sationem uitium optimis dicit cã
paniã ubiq; optimã uitibus esse: quæ tenues exhalat nebulas & cretam in pompe
ianorũ agro ac argillã cunctis ad uineas generibus anteponi: quoniam excipit cũ
illis inuicẽ sabulum albũ. Sed iam uentũ est ad superiorem clanii amnis: partem:
Suessula oppi. quom ab acerris distet quattuor milia passus Suessula oppidũ nunc uacuũ: iuxta
quod sicut a principio diximus fontem is fluuius habet. Sarnusq; post hac nobis
describendus ordine uidet occurrere quom cætera explicuerimus de Suessula:
de qua Liuius in septimo. Tertia pugna ad Suessulam commissa est: qua fugatus
a. M. Valerio Samnitiũ exercitus. & in. viii. Cumanos Suessulanosq; eiusdem iu
ris conditionisq;

mis:& fluuii rapido cursu, Tum æstu maris periclitatus est. Agger erat & uallum quod Spasinum incolæ uocant, A quibus & si Athabilo parerent benigne: & pacatis animis Traianus susceptus fuit, Inde ad oceanum usq; progressus cognita maris natura, Nauesq; conspicatus: utinam inquit iuuenis essem:& uires atq; robur suppeterent: profecto enim in fines indorum penetrarem: tunc de india multa cognouit, Deq; gentis uictu atq; uestiru paulo curiosius sciscitatus est. Alexandrum fœlicem duxit: iactabat subī de se ultra quam ille penetrasset progressurū: id quod senatui per epistolam significauit. Subiungens ægre posse eas gēres quas deuicisset in fide:& officio continere: aut a ui:& iniuria defendere quāquā nō cessaret quottidie orientis populos armis agitare & debellare, Nomina præterea uictarum a se gentium senatui nunciauit: quarum numerus tantus erat ut uix recenseri aut nominari possent, Triumphalis tūc arcus præter alia multa: quæ in honorem eius & decreta & facta fuerant: in illius foro sustructus est. Iamq; ita ciues se ornabant: ut illi in patriam reuertenti læti:& plaudentes occurrerent. Sed languescente corpote: deficientibusq; uiribus neq; romam redire: neq; quicquam superiore uita:& rebus ante gestis dignum efficere ualuit, Immo uero præ tædio bellorum:& magnitudine curatum coactus aliqua ex parte gentes quas subegisset liberas facere. Nam dum & oceanum nauigat: indeq; remeat populi fere omnes qui ad deditionem compulsi fuerant: facile desciuere. Romana enim præsidia quæ fines tuebantur:& quorum metu: uel inuiti in officio perseuerabant: partim eiecere: partim interfecere. Hæc Traianus cum adhuc per oceanum nauigaret cognouit. Transiuerat eo: rerum & locorum fama & si nihil: quod opinioni: aut sermoni responderet: inuenerit: præter aggeres: atq; ruinas: ex quibus scriptores fabulosa multa commenti fuerant. Alexandro autem cuius æmulatione rubrum mare: & oceanum nauigauerat in ea domo parentauit: in qua expirasse ferebatur. Cæterū audita populorum rebellione Maximum:& Lucium in eos populos cum exercitu misit qui defecerunt, Sed aliter acie uictus occubuit, Lucius uero cum multa prospere gessisset: acceptaq; damna emendasset, Nisibim recepit, Edessam obsidione:& ui captam diripuit, Igniq; funditus absumpsit, Duo legati interea Euritius:& clarius seleuciam expugnant: atq; uicina urbi concremarunt. Interea Traianus nouarum rerum anxius parthis: qui iam ad defectionem spectantes imperia detractabant, Regem dare constituit: propiusq; Ctesiphonta profectus: in patentes campos romanos simul & parthos in concionē uocat: atq; ex suggestu multa præfatus super iis: quæ egisset: parthenaspatem regē parthis diademate imposito designat, Mox arabiam perit, Agatenosq; rebellantes adortus est: erat illorum ciuitas patua: neq; admodum copiosa: uicina omnis regio sterilis: & deserta propter aquæ penuriā manebat:& si quid liquoris ex ea terra scatet minime potui gratus habetur. Pabuli indiga: ligna non fert: quare eam multitudine militum obsideri: aut expugnari nō facile erat: defendebatur ardore solis, Cui exposita est, Ergo neq; Traianus in præsens: neq; postea Seuerus Agatenos expugnate potuerunt, Muri parte subrupta stabat, Equites proxime mœnia aduecti sūt: qui graui

Spasinū.

Alex. traiani iudicio fœlix.

Traianus gloriabūd⁹

Arcus triūphalis.

Traiano extructus.

Traianus animū despondet.

Traiani expeditiōes.

Maxim⁹ & Lucius.

Traiani legati.

Edessa capta & īcēsa

Parti a traiāo domiti

Ctesiphō.

Agarenoꝝ regio.

Seuer⁹ īp.

detrimento affecti in castra continuo rediere. Ipse etiam Traianus urbi sine regio
ornatu oberrãs ut hostem falleret, Vulneratus pene fuit. Generosa canities:& ous
Maiestas i principe latere non põt. maiestas principem prodidit:& quis foret in ementito habitu facile ostendebat.
In eum igitur quem regem suspicati erant sagittas frequentes coniecere, Qua-
rum tanta fuit uis ut qui pone Cæsarem sequebatur transfixus fuerit. Prodigia
Prodigia. mihi multa facta sunt, Tonitrua atq; fulgetræ:arcus ingens in cælo uisus. Tem-
pestas:& grandines immensæ præterea (quod monstro simile existimatum est)
quotiens Romanus cum hoste manus confereret ictu fulminis auertebatur. Or-
Muscarũ i gens uis. ta subito muscarum uis eduliis:& poculis insidens fœdo contactu cũcta Roma
no grauia & molesta faciebat. Digrediens itaq; inde Traianus morbo primum tẽ-
Iudei rebellant. tatur: per quod sane tempus Iudæi qui circa cyrenem incolebant Andrea duce
constituto, Romanos & græcos sine discrimine statim obtruncant. Nec cæde cõ
Iudæorũ crudelitas. tenti:humanis carnibus uesci cœpere:horum intestinis stillante adhuc sanguine
cincti tum pellibus obluti multos per medium usque ad uerticem dissecuere.
Plures bestiis dilaniandos obiecere:alios inter se digladiari coegere, Vt ducenta &
Iudæorũ furor. amplius hominum milia eo furore:& armis Iudæorum interierint. Ingens item
cædes ab eisdẽ in ægypto patrata fuit:nec minore clade Cyprii effecti fuere, Si-
quidem in ea Insula duce Artemione conspirantes Iudæi circiter ducẽta:& qua-
draginta capitũ milia trucidarẽt, QVa facti atrocitate Iudæus de cætero legibus
Cyprus iudæis inaccessa. & pœnis Cyprum attingere prohibetur. Si uel ui tempestatis uel per errorem illuc
delatus fuerit:ceu capite dãnatus:statim morte mulctatur. Sed inulta clades non
mansit Nam Traianus misso cum exercitu Lucio tum antecedentibus aliis duci
Iudæorũ clades. bus iudæos qui per uniuersum fere terrarum orbem tantum cædis ediderant p-
fligauit, Inter hæc expeditionem in Mesopotamiam parabat:a qua ingrauescente
Aeli9 adrianus q post imper. fuit morbo deterritus est. Quare publio Aelio Adriano in Syria cum legionibus re-
licto ipse in Italiam nauigare cœpit, Frustra multa tunc Romani tentauere dum
Armenia:& Mesopotamia:necnon Parthorum potiri student: pericula quoque
in irritum, Nam Parthi repudiato Parthenaspate:quem indignum regno existi-
Traiani mors suspecta. mabant, Ipsi res suas prisco gentis instituto administrare cœperunt. Sed Traianũ
grauior morbus oppressit, Venenũ sibi datum suspicatus est, Aiebãt quidã com-
presso sanguine:qui statis diebus per inferiorẽ partem profluere solitus erat:con-
tractã ægritudinem fuisse:stupore ita membra resoluta sunt:ut pars corporis de-
fecta sensu:aliquãdo manserit. Mox intercute aqua repletus apud selinuntam ci
liciæ urbẽ:quæ deinde Traiani ciuitas cognominata est defertur, Ibiq; statim ex-
tinctus est, Cum impasset annos undeuiginti, Menses sex:& dies quindecim.

Adrianus

Adrianus ex Dione Græco per Georgium Merulam.

ADrianum nunquã uiuens Traianus adoptauit. popularis illi erat: educatus sub eo: affinis deinde nam illi nupserat sororis Traiani filia: quæ per omnẽ uitam cũ eo uixit: legatus Syriæ belli parthici tempore præpositus fuit, Neq; ullam egregiam dignitatem ab eo accepit: sed nec consul nisi sero fuit, Cæsarẽ autem: & imperatorẽ eũ cum Traianus sine liberis e uita excessisset, Attianus municeps eius & Cæsaris ꝓcurator factõe Plotinæ: quæ illius amore flagrabat: cũ uicinus esset: & potẽs declarauit, Cæteꝝ pater meus Apronianus: qui tũc ciliciæ præerat: de illo plæraq; cõperta mihi narrabat: quo ordine & consilio quæq; facta erant: & illud in primis mortem Traiani aliquot dies: ideo occultam fuisse: ut adoptio procederet, Quæ res deinde ex litteris eius ad senatũ patuit, Nam epistolis non ipse sed Plotina subscripsit. Id quod in nullo ante alio fecerat. Erat Adrianus quando imperator declaratus fuit Antiochiæ: quæ metropolis est Syriæ: pridie quã designaretur somnium tale uidit. Ignis de cœlo ĩnitenti & puro aere in humerũ sinistrum incidit: deinde in dextrũ transilit, Illum exterruit: nec læsit. Scripsit autẽ ad senatũ Adrianus rogans imperiũ sibi ab eo confirmari: abnuens illud in primis ut quicquã sibi aut tunc aut alio tempore: ut consuetum erat tituli: & honoris decerneretur: nisi quod ipse rogasset. Traiani autẽ ossa in illius columna condidit, Celebrata fuere per multos annos publica spectacula: quæ Parthica nominata sunt: quæ tamen sicut & plæraq; alia exoluerũt, Cæterum Adrianus quãquã humane & moderate imperasset: tamen propter cædes optimoꝝ quorundã: quos in principio imperii: & antequã uita decederet interfici curauerat: multũ calumniã etiã infamiæ subiuit. quapropter minimo minus in deos relatus non fuit. Imperiũ adeptus: continuo occidi uoluit Palmũ, Celsum, Nigrinum: & Lusium: partim quia in uenatione insidias illi struxisse dicebant̃: partim alio crimine insimulati: quod scilicet plurimũ potẽtia: opibus itẽ atq; gloria pollerent: quos neq; in dicta causa damnauit: nec ægre tulit quod hi causam dicerẽt, Immo patrociniũ & defensionẽ eoꝝ suscepit: quin etiam iurauit suo iussu occisos non esse. Sub finem uitæ fuere perempti Seuerianus & Fuscus nepos: fuit autem Adrianus genere afer Adriani filius suapte natura disciplinis deditus: & studiorũ amator, In utraq; lingua impense eruditus. Nã quædã soluta oratione: & item poemata uaria reliquit ambitiosus supra modum: utpote qui cætera omnia etiã minima tractauerit: nam pinxit uenustissime atq; etiã effigies e cæra & creta formauit. Iactabat præterea se nihil eoꝝ ignorare: quæ aut in pace aut in bello siue ad regẽ: siue ad priuatũ ꝑtinerẽt, Inuidebat autẽ magis q̃ æmulabat̃: quare quosdã celebres: & excellẽtes artifices: quos æquare nõ poterat: alios & quidẽ frequẽtes subuertit: alios ceu studioꝝ & artiũ æmulos interfecit. Quippe cupiẽs oẽs in quacũq; arte & disciplina superare. Quapropter Fauorinũ Gallum genere & Dionysiũ milesiũ sophistas tunc egregios tollere tentauit. Vt

Adrianus Impa.

Dionis pf.

Adrianus ĩpera. ubi declarat⁹.

sõnii fides cõsequuta

Traiaĩ cõditorium.

Parthici ludi.

Adrianus difficulter in deos relatus.

Adrian⁹ q̃s cædes patrauit.

Adriaĩ gñs

Adriaĩ eruditio.

Adriaĩ studia.

Adrian⁹ inuidia laborabat.

Fauorin⁹ phũs gñe Gallus.

Dionysi⁹. milesius.

uit, Vt scilicet eorum sectatores:atq; inuicẽ certantes perderet. Nam Dionysius
aduersus Heliodoꝝ quẽ ille supreme amabat:& epistolaꝝ magistrum fecerat ta-
lia dixisse fertur:potest Cæsar pecunias & honorẽ tribuere, Rhetorem facere non
Libere dictum. potest, Fauorinus uero cum apud eũ de immunitate quã is in patria sua obtinere
cupiebat:causam acturus esset:suspicans ne aut inferior in iudicio esset:atq; etiã
contumelia afficeret, Cum ad tribunal uenisset, Nihil aliud dixit:nisi q̃ per no-
ctem Magister eius in quiete ãstans mãdauit ei:ut pro patria operaretur: atq; de-
precaret:quando in ea genitus foret, Vtriq; quãuis iratus grauiter Adrianus pe-
Apollodorus architectus. percit.Quãdo illoꝝ mortis nulla honesta causa uideret. Sed Apollodoꝝ archi-
tectum qui Traiani foꝝ Metodæum:& Gymnasiũ illo iubente Romæ fabrica-
uerat:primum urbe expulit:postea interfecit:quasi criminis reum. Re aũt uera q̃
Metodæũ forum. dum olim cũ eo Traianus de opibus cõmunicaret, Adrianus rei nescius quædã
etiã nõ uocatus loquutus est, Cui Architectus abi obsecro:& cucurbitas depin-
ge.Nihil enim hoꝝ recte nosti.Forte tũc ille huiusmodi quadã pictura cõmẽda-
batur. Adrianus uero impiũ adeptus iniuriæ recordatus est, Atq; licẽtiã hu9 nõ
Adrianus uenuste depinxit. tulit, Siquidẽ descriptionẽ:& formã tẽpli Veneris quod Romæ fabricabãt ad eũ
misit:q̃ppe significãs sine illius opa & ministerio etiã ingẽtia ædificia extrui pos-
se, Quærebat itaq; an ædificiũ illud recte:& cõmode se hẽret, Rescripsit de tem-
Veneris tẽplum. plo.sublime illud & concauũ fieri oportere:ut ex loco supiori in sacrã usq; uiam
insignior ꝓspectus esset:& magis cõspicuus cõcauũ ad excipiendas ludoꝝ ma-
Sacra uia. chinas:quæ in eo latenter cõpingi:& itẽ ex occulto in theatrũ duci possent.quãtũ
tẽpli cõdẽdi ratio. ad simulachra ptineret dixit maiora facta fuisse q̃ ratio altitudinis:& magnitudi
nis postularet, Nã si surgẽtia spectacula & pægmata efferre uoluerint:illud nullo
Ludorum machinæ. pacto effici poterit humilitati loci. Hæc palam cũ rescripsisset, Iratus est Cæsar:
& supra modũ doluit.uidebat sane se id admisisse quod nullo pacto corrigi pos
Pægmata. set:quare iræ & doloris impatiens eum tolli iussit. Talis & ad hunc modum erat
Hõeri poemata abolere cogitabat. Adrianus. Idem Homeri poemata abolere cogitabat: & pro eo Antimachum in
scholis legendũ inducere, Cuius nomẽ multi adhuc ignorauerant, Erant insuper
ei hæc uitia:hoc est qui nimis diligenter & curiose q̃ expediret omnia exquireret,
Quod itẽ uarius foret:& prudens nimisq; omnia leniebat:atq; eleuabat alia dili-
Adriãi uitia. gentia:prouidẽtia:magnificẽtia:& dexteritate quadã, Nam nullum ipse bellum
mouit:& si quod motũ erat:illud cõposuit:nulli iniuste pecunias abstulit:multis
Adriãi uirtutes. multa elargiens publice & priuatim:senatui & equestri ordini. Alios auxit pecu-
nia:honoribus alios & dignitate honestauit:neq; patiebat a se quicq̃ peti:sed pro
Militaris i Adrião disciplina. necessitate cuiusq; omnia faciebat. Disciplinã militarẽ diligẽter exercuit, ita ut q̃
uiribus polleret, Neq; contumax esset: neq; ẽt iniurias inferret, Ciuitates socias-
atq; tributarias:& subditos mirifice iuuit.multas eaꝝ inuisit:& quas nullus ante
Ludus armorum. se impatoꝝ uiderat:atq; omnibus aliquid opis, & auxilii ut ita dixerim tulit. Ro-
manũ populũ acerbe magis q̃ indulgenter tractauit. Nam cũ olim quædã p uim
Domitiãi uerbũ silete. & supbe in ludo armorũ peterent:nihil eis distribuit, Immo uero iussit illud Do-
mitiani pronunciari. Silete:quod uerbũ minime prolatum est. Nam præconianũ

continuo

cõtinuo ſubſtulit. Ita eo ſigno quod fieri ſolet eos quieſcere fecit: atq; tacere: qua
re inquit non opus eſt: ut ex præcepto ſileant: qui iam tacuere. Hoc enĩ uult prin/
ceps: neq; tamẽ ideo iratus eſt præconi. Immo uero maiore in honore habuit: pro
pterea q; grauitatẽ mandati nõ expoſuiſſet. patiebat᷑ talia huiuſmodi: neq; ægre
ferebat admoneri & corrigi uel ab humili perſona. Siquid præter ſniam & etiam
ſubito ac fortuito iuuaret᷑. Tranſeuntẽ quendã mulier rogauit: ut ſe audiret: cui
cum ille reſpondiſſet otium mihi non eſt. Illa deinde clamans ait noli ergo impe
rare: tum conuerſus eam audiuit. Nihil non conſultu ſenatu faciebat: ius aſſidue
dicebat: cũ primoribus ciuiũ aliquando in palatio: nonnunquã in prandio: inter
dum & ſiquidẽ ſæpius ex tribunali ut quæ fierent publicarẽtur. Aſſiſtebat inter/
dum conſulibus: quotiens hi iudicarent. In circenſibus ludis eos apprime hono/
rabat. Domũq; a circo plærũq; reducebat. Geſtabatur in lectica ne quiſpiã comi
tum illi moleſtus eſſet. In diebus neq; feſtis neq; publicis domi manebat. Nemi/
nem nequidem ſalutantẽ ne aſſiduo labore fatigeretur recipiebat: niſi neceſſaria
res fuiſſet. Semp circa ſe & Romæ & extra urbem optimates habuit: quos etiam
in conuiuiis adhibat. Quapropter quartus ſæpe adhibat. Venabatur quotiens
contingebat: prandebatq; ſine uino: deinde cũ principibus & optimis uiris cœna
bat: & ſemp erat cœnatio omnifariã ſermonibus refecta. Infirmos amicos uiſita/
bat: & quoties dies feſtos illi agerẽt: cum eis ſimul ueniebat: & eorum agris ac do/
mibus ſuauiter utebatur. Vnde & multis eorum fato functis: & aliis dum uiue//
rent ſtatuas in foro poſuit. Neq; tamen quicquã familiariũ iniuriã alicui intulit.
Neq; quicquã uenditum: neq; ex iis quæ dicebat neq; faciebat qualia olim Cæſa
rei: & qui cum imperatoribus uictitabãt: facere ſoliti erant. Et hæc quidem obiter
& in ſumma de moribus eius expoſui. Nunc quæ generatim fecerit: quatenus
eorum meminiſſe licet. Romã ubi uenit continuo per edictum condonauit omnia
debita. Siue ea pertinerent Regi: ſiue ad ærariũ decenniũ præſcripſit: a quo tem/
pore debere quiſquã deſineret. Nec poſtea debiturus eſſet. Per natales dies ſpecta
cula gratis populo diuidebat. Feraſq; multas cõfodi iuſſit: ut ſemel leones centũ
& tondem leenæ conciderunt. Dona per teſſerulas ſeparatim uiris: & ſeparatim
mulieribus in theatro & in circo dedit. Item uiros diſcretos: a fœminis lauari uo/
luit. Eodẽ quo hæc geſta ſunt anno Euphrates philoſophus uolũtaria morte ex/
ceſſit e uita. ueniam dederat ei Adrianus citra ignominiã & infamiã: ut cicutam
tũ propter ſenectutem: tũ etiam propter grauem morbũ bibere poſſet. Cæterum
Adrianus aliã ex alia prouinciã percurrens regiones & urbes pluſtrabat: & in pri/
mis arces omnes ubiq; cõtẽplatus cõſiderabat: quarum alias in loca magis opportũa
trãſtulit. alias penitus ſubuertit: oĩa illa ſimplr nõ dico quo pacto generalia & cõ
munia in exercitibus ſe haberẽt. Sed arma, machinas, foſſas, uallũ, & mœnia, alia
priuatim uniuſcuiuſq; & eorum q in ordine militabãt: & eos ducebãt uitas: ſtatiua
hiberna ipſe intueri & exqrere uoluit: multa p licẽtiã in ſolutiorẽ morẽ lapſa: & q
fabricata fuerãt correxit: & emẽdauit: alia deſtruxit & ſuſtulit. Milites uero exer/
cebat ad oẽm ſpẽm pugnæ: hos honore affecit: illos officii admonebat: oẽs pariter
ea docebat

Silẽtii nota.

Imp. offm

Circenſes ludi

Infirmos amicos uiſitabat.

Adrianus Cæſarii.

Debita cõdonauit. Adrian⁹.

Teſſerulæ donatiuorum quæ.

Militaris diſciplina

ea docebat facere: quæ par erat: atq; ut etiã eius exẽplo meliores & duriores red-
derentur, Duro & aspero uictu utebat', Nam siue pedibus iret: siue equitaret: nũ-
quã uehiculum aut quadrigas ascendit, Caloris & frigoris iuxta patiẽs: quippe
qui etiam alpinas & gallicas niues: & ægypti ardores capite intecto pertulit: atq;
ut omnia breuiter complectar: sic opere & præceptis per totum Imperii tempus
milites omnes & exercuit & exemplo instituit, Vt usq; in hodiernum diem: quæ
ab eo facta fuerunt: ea pro lege & militari instituto habeantur, per belli tempus
plurimum in peregrina terra commorabatur. Et externi apparatum eius intuen-
tes inuiolati etiam pecuniis acceptis nihil nouarum rerum moliti fuerunt. Sed
adeo peritos & laborum patientes habebat exercitus: ut olim equites qui uocan-
Bastai eq-tes. tur Bastai Danubium armati transnatauerint, Quæ omnia obstupefacti hostes
in se ipsos conuersi eo magistro usi sunt ad disciplinam eorum qui inuicem con
tendebant. Theatra & certamina faciebat, Vrbes peragrabat sine regio ornatu
Imperatoriaq; pompa. Nãq; ea nunquam extra Romam usus est, Patriam quã-
uis eam magno honore & muneribus auxerit: & multa præclara ei dederit, Nun-
Venandi studium, quam tamen inuisere uoluit. Venandi studio usq; ad insaniam & periculum te-
nebatur. Nam inter uenandum diffracto humero: & crus pene cõtriuit, Vrbem
præterea in mysia condidit: quã Adriani Venarica septa nominauit. Et quãquã
huic rei assiduam operam daret, Nihil tamen eorum neglexit: quæ ad admini-
strandam rempublicam: & imperii cõmoda pertinerent, Quantopere item ue-
Borysthenes equus. nationi intentus fuerit: argumentũ est, Borysthenes equus: quo in uenando pluri-
mũ utebatur, Cui mortuo sepulchrum fecit, Columnã erexit: & epigramma in
scripsit. Quare minime mirandũ est: si Plotinam mortuam, Cuius potissimum
opera Imperium adeptus fuerat: eumq; amauerat: excellentissime coluerit & or-
Pulla uestis ĩ luctu nauerit, Per nouem. N. funeris dies pullatus ĩcesserit, Templũq; erexit: & hym
nos in eam fecit, Sed in uenando tanti roboris fuit: ut suem eximiæ magnitudi-
Cereris misteria. nis solus uno ictu occiderit. In Græciam cũ uenisset: multa largitus est, Sacrisq;
initiatus mysteria Cereris spectare uoluit, Inde per Iudæam in Aegyptum tran-
Põpeii sepulchrũ. siuit ubi Pompeio parentauit, Carmenq; tale addidit, Ossa uiri magni tenui q̃
clausa sepulchro. Tum disiectum monumentũ ĩstaurauit: atq; protinus in ægy-
ptum ueniens urbẽ quã Antinoi nominauit condidit, De nomine Antioni pue
Claudiopolis. ri eximiæ pulchritudinis: qui ex Bithyniæ urbe Cithynide quã Claudiopolĩ uo-
cant: ortus & in deliciis habitus in Aegypto moritur: siue in Nilum ceciderit ut
Adrianus scribit. siue immolatus: ut ueritas habet fuerit, Alioquin enĩ curiosis-
Magicis sacris utebat' Adriãus. simus harum rerum: ut supra diximus Adrianus fuit, Quippe diuinationibus
atq; magicis sacris crebro utens, Quare seu ob amorem: siue q uoluntariam mor
tem oppetierit, Indigebat enim ad ea quæ parabat anima eius hominis qui spon-
te occubuisset, Illum in primis coluit: quo enim loco is oppetiit, Vrbem cõditã
ab eo denominauit eius statuas per uniuersum orbem terrarum atq; etiam effi-
gies erexit: stellam deniq; a se uisam aiebat quæ Antinoi foret, Eosq; perlibenter
audiebat qui familiarius se cũ uiuebant: quotiens talia fabularentur ex Antinoi

spititu

spiritu, Vere stellam natam quæ tunc primum apparuisset. Hæc igitur crebro secum recogitabat. Interea Hierosolyma pridem euersa: rursus habitari iussit: atq; urbem Aeliam Capitolinam appellauit, Ioui item ex aduerso templi ædem excitauit, Bellum huic & graue & diutinum natum est: magno dolore afficiebátur Iudæi atq; indignabantur peregrinos secum in ciuitate habitare: & illud quoque etiam grauius ferebant externa sacra fieri: & externorum deorum imagines in ipsa constitui, Quieuere tamen ab armis & cædibus, Adrianum ueriti: qui per ea tempora uicinis in locis constiterat, Nihilo tamen secius inter se ea studiose fabricare non cessabant: quibus quotiens belli necessitas posceret uti possent. Postquam uero longius Adrianus abfuit: palam in arma uertuntur: quamquam aperta acie cum Romanis congredi non ausi sunt: auxilia sumebant muro & cauernis: subterraneis specus fodientes: atque cuniculis omnia munientes, Vt quotiens uiolarentur liberos haberent ad fugam exitus: inuicem quoq; subter terram clanculum commeare: specus & subterraneas uias superne quibusdam in locis hiantes ad uentos & lucem excipiendam perforauerant, Impetus eorum Romani primum contempsere, Verum posteaq̃ uniuersa prouincia tumultuara est: & qui ubiq; gentium erant cum eis conspirauerunt, Tunc cognouere atq; intellexerunt quam graue & periculosum bellum exortum foret: multa enim mala in Romanos: partim clam: partim aperte edebant: asciscere multos etiam externorum prædæ: & lucri cupiditate: & fere ut ita dixerim uniuersus terrarum orbis ex motu Iudæorum concussus fuit. Tunc ergo Adrianus minime cunctatus: præcipuos Romanorum duces aduersus eos misit. Quorum primus Iulius Seuerus in Iudæam ex Britannia uocatus. Hic minime ausus est prœlium committere, Nam & multitudine longe impar erat ad decertandum & hi de salute desperauerant, Igitur diuisos adortus carptim ut quosq; poterat comprehendens pro multitudine militum: atq; tribunorum: tum ab alimentis: & commeatu interclusos tardius quidem: sed minore cum periculo penitus oppressit: pauci admodum euasere: atq; a cæde superfuerunt, Arces eorum quinquaginta celeberrimæ directæ sunt: uici ad nongentos: & octogintaquinq; qui sane frequẽtes: & nominatissimi erant direpti: & mox igne consumpti sunt. Viri in excursionibus: & in prœliis ipsis ad quinquaginta milia cæsi fuere, Fame morbis ac igni ingens multitudo absumpta est. sic fere omnis Iudæa desolata est, Quam cladem etiam ante bellum multa ipsis denunciauerant. Nam Salomonis sepulchrũ: quod illi in supremo cultu; & reuerentia habebant sponte: & nullo impellente discussum corruit: lupi atq; hyenæ passim per urbes incidentes ululabant, Non fuit incruenta uictoria Romanis, Siquidem multi eorum occubuere, QVare Adrianus ad senatum scribens eo minime usus est principio quo cæteri imperatores consueuerant, Ad hunc scilicet modum, Si uos & filii uestri ualent bene habet, Ego & exercitus ualemus. Seuerum dein debellatis Iudæis in Bithyniã misit Adrianus, Non quidem ad bellũ: sed indigebat prouĩcia præside: & gubernatore iusto sapiẽti: & qui in dignitate fuisset: auctoritatemq; haberet quæ omnia in eo

Hierosolyma euersa.

Bellum iudaicum.

Iudæi spectãt ad defectionẽ.

Iudæorũ rebellio sub Adriano.

Iuli⁹ Seuerus.

Adriãi legatus in iudæos.

Iudæorũ clades sub adriano.

Salomõis sepulchrũ.

Iulii seueri laus.

Dionis pa tria. inerant. Hic res bithynicorum tam priuatę q̃ publice ita disposuit: & correxit: ut nos omnes Bithynii in hãc usq; diem semper eius memoriã faciamus: & hic fuit Iudaici belli exitus.

Alani. Massagete Exortum est mox alterũ bellum ab Alanis,(Sunt enim massagetæ)auctore pha rasmano, Hic mediam grauissime deuastauit Armeniam quoq; & Capadociã lacessiuit, Demũ Alani accepta pecunia: & donis a Vologæso partim inducti: par

Flauius ar rhianus. tim item q; timebãt Flauium Arrhianum: qui tũc Capadociæ præerat ab armis quieuere. Adrianus per hæc tempora ædem Iouis olympii in quã & ipsius statua

Iouis olym pii ædes. fuit Athenis ædificauit, Imposuit in ea draconẽ ex India deportatum, Festa præ terea liberi patris quod apud eos maximum est princeps in ueste indigena ma-

Athenis Liberi tem plum. gnifice concelebrauit: atq; templum eius quod Græci Panhellinon uocant ædifi care eis cõcessit: certamen & ludos instituit: pecunias multas: frumentum annu- um: & insuper uniuersam Cephalenã Atheniensibus elargitus est. leges multas tulit, Sed illud in primis sanxit: ne senator: aut abipso: aut per alterũ tributo con demnaretur. Romam cum uenisset: atq; in quodam spectaculo aurigam quẽdã liberum fieri cum clamore populus rogaret. Respondit per tabellam docens ini- quum a se hoc peti: ut alienum seruum liberũ faceret, Ne domino eius uis: & in- iuria fiat. Morbo deinde tentari cœpit: siquidem sanguis qui ei cõsuetus erat per nares effundi, Tunc maxime abũdauit: desperata est salus: & uita: quapropter

Cõmodus Cæsar de signatur. cũ adhuc sanguine transmissurus esset, Commodũ Luciũ successorẽ sibi: & Ro manis Cæsarẽ designauit. Seuerianũ uero: & Fuscũ nepotẽ eius quod illud ægre ferre uiderentur suspectos & inuisos iussit occidi, Quorum alter nõ agenarius:

Impreca- tio seueri i adrianum. alter uero decem & octo annos natus erat, sed Seuerianus priusquam iugularetur ignẽ poposcit: atq; incẽso thure, Vos inquit o dei testor me nihil mali cõmisisse, De Adriano hoc tantum imprecor: ut cum mori cupiet non possit: & quidẽ mor- tuus est. Adrianus post morbum largum sæpius frustra inuocata morte: sæpe et se ipsum occidere uoluit. Extat eius epistola q̃ hoc ipsum significat, Scribit enim

Seueriani I-aus & mors. q̃ miserum est mortem optare & mori non posse, Hunc Seuerianũ Traianus suc- cessorẽ aliquando & dignum imperio iudicauit. Nam in conuiuio olim quæsiuit ab amicis ut decem nominarent uiros: quibus summa reipu. & rerum fastigium demandari posset, tum uero compresso aliquantulum sermone, Inquit. Nouem per uos discere cupio.. Vnum ego seuerianum habeo.

Similis uir fortissim°. Floruere ea tẽpestate excellẽtes alii uiri sed maxime celebres: atq; illustres duo fue re, Turbon: & Similis qui etiã præmia fortitudinis retulere, Turbon uir fuit ma- xime militaris: & gubernandi exercitus scientissimus. Hic primum in prouinciis procurator fuit: deinde præfectus prætorianoр, In quo magistratu nihil unquã aut molle: aut superbum gessit, Sed uelut unus de numero Gregariorum militũ uixit: & alia multa: tum illud maximũ fecit: quod totã diem cum Imperatore uer

Frõto cor nelius ora tor. sabatur ad quem plærunq; post mediam noctem accedebat quo tempore cæteri fere homines dormire incipiunt. Floruit etiã Cornelius Fronto: cuius in agendis causis primæ partes erant, Hic aliquando peruesperi cũ a cœna domum rediret,

Audiuissetq;

